



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Brevis Expositio Propositionum Damnatarum**

**Didacus <ab Aragonia>**

**Venetiis, 1728**

Lectori Benevolo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42653**

# LECTORI

BENEVOLO.

**Q**Uantum hujus brevis  
expositionis materia  
( humanissime Le-  
ctor ) præceteris om-  
nibus utilis, ac præ-  
cipuè animarum curam habentibus  
necessaria sit, quotidiana ipsa ex-  
perientia demonstrat; de qua li-  
cet plures clarissimi viri doctis-  
simè scripserint, neminem ta-  
men ex tot doctissimis compen-  
diosè, & ad usum praxis, sed po-  
tius scholasticè scripsisse, vidi;  
cum igitur nonnunquam ani-  
ma-

madverterem , errores quamplu-  
res in administratione Sacramen-  
ti Pœnitentiæ a Confessariis com-  
mitti , proprium munus vel cum  
rigore nimio , aut cum nimia  
laxitate exercentibus , non sine  
innumerabilium animarum ac ip-  
forum Ministrorum ruina lacri-  
mabili , eo quod ii immemores  
fortè sententiæ Oseæ c. 4. repel-  
lant scientiam , quæ Sacerdotis  
muneri in eo Sacramento ritè  
obeundo est maximè necessaria ,  
præsertim earum opinionum , quæ  
Pontificiis decretis manifestè ad-  
versantur ; idcirco operæ pretium  
putavi , varias resolutiones juxta  
decreta Summ. Pontificum Alex.  
VII. Innoc. XI. ac Alexan. VIII.  
communi utilitati proponere , ne  
deinceps per vaga scribentium  
volumina perquirere , ac divaga-  
ri necesse sit ; quod si quid in  
hoc opusculo utilitatis reperias ,  
id omne Deo , à quo cuncta bo-  
na

na

na procedunt, acceptum referas,  
si autem aliqua offenderis, oro,  
benignè corrigas; siquidem &  
tuæ, & Sacrosanctæ in primis  
Romanæ Ecclesiæ censuræ libens  
hæc scripta subjicio: Vale..



NOI